



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberto Bellarmini Politani, Societatis Iesu, S. R. E.
Cardinalis, Institutiones linguæ Hebraicæ**

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

[Genf], 1619

De Syntaxi. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69647](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69647)

ne hoc quidē modo inuenietur thema, expendendum erit, num forte reliquæ literæ dictionis eiusdem, quæ tum radicales, tum seruales esse possunt, in ea dictione sint radicales. Si denique constet, eas non esse vllō modo radicales, apparebit vocem ex imperfectis esse, hoc est ex quiescentibus, vel defectiuis, & idcirco præponendum erit initio Nun, aut Iod: vel inserendum in medio Vau, aut Iod: vel ad finem addendum He aut Nun: aut certè secunda litera duplicanda.

CAPVT IIII.

De Syntaxi.

Quoniam ea, quæ ad constructionem pertinent, sūt ferè omnia Hebraicæ lingue cū cæteris cōmunia: & vsu, ac lectione scripturarum facile percipi possūt: rē totam paucis comple-

plectemur. Ac primùm explicabimus cōstructionem quidem nominis cum verbo, deinde adiectiui cum substantiuo, tum substantiui cum substantiuo: postremò relatiui cum antecedente.

I. Nomen, & verbum in genere, numero, & persona conuenire debent, vt Genesis 1, יהא ארץ היתה *vehaa-rets hajertha*, terra erat: יהי אור *jehi or*, sit lux. Hoc tamen non vbique seruetur: saepe enim nomen generis masculini jungitur verbo generis foemini, vt lib. 2, Reg. capit. 13, vers. 37. וַתֵּחַל דָּוִד *vattechal David*, & cessauit David: & contra, vt 1. Reg. c. 25, vers. 27. הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ *heui sciphchaihecha*, attulit ancilla tua. Sed in his & similibus videtur intelligendum aliquod verbum commodum, vt cessauit David, id est, anima Davidis: attulit ancilla tua, id est seruus pramissus nomine meo, quæ sum ancilla tua: vel cer-

tè

tè scriptura magis ad rem significatam respicit, quàm ad vocem significantem, vt Cant. Cap. 2. vers. 7.
 השבעתי אתכם בנות ירושלים אם תעירו ואם
 :אתהאהבה: hiscbaghnti ethchem
 benoth Ieruscialaim im tanghira veim te-
 nghoreru eth haahavah Adiuvo vos filia
 Ierusalem, si excitetis, & si euigilare fa-
 ciatis, hoc est ne excitetis, ne ve expergi-
 scifinatis dilectam, vbi תעירו tanghiru, &
 תעירו nghoreru, verba sunt generis
 masculini, quia filia Ierusalem ap-
 pellantur ciues vrbium, Ierosolymæ
 subjectarum. Et Eccles. 1. ver. 2. אמר
 קהלת amar kobeleth, dixit concionatrix,
 hoc est, anima Salomonis, &c.

2 Quod dicimus de genere, etiam
 de numero dici potest. Inuenitur e-
 nim saepe nomen numeri singularis
 cum verbo numeri pluralis, vt Hag.
 c. 2. v. 8. ובאו חמדת גוים ונאו chemdath
 goim, & venient desiderium gentium: &
 contra, vt Gen. 1. v. 14. יהיו מאורות je hi
 meor

meoroth, sit luminaria : solet autem hoc fieri præter communē regulam, quādo nomen singularis numeri regit nomen numeri pluralis, vel contrā: tunc enim verbum conuenit in numero cum posteriore nomine, etiam si in obliquo sit, vt Iob. 15. v. 20. מספר משפנו *mispar scianim nussenu*, numerus annorum reconditi sunt : Eccles. c. 10. v. 1 זעזוע וכו' יבאיש יבוע שמן *zezue maueth javeisc jabbiangh sciemen*, muscæ mortis, hoc est mortuæ, perdit suauitatem vnguenti. Ad verbum, facit fœtere & exhalare (fœtorem) vnguenti.

3 Solet etiam id fieri, quando nomē pluralis numeri distributiue exponi potest, vt Gen. c. 49. ver. 22. בנות צערה *banoth isanghada*, filia discurret, id est vnaquæque filiarum discurret.

4 Interdum quoque id fit, quum nomen plurale singularem significat. vt Exodi c. 21, v. 4. אם ארוננו יתן, *im adonau itten*, si domini eius dederit, id est, si

si dominus eius dederit: accipitur enim passim nomē אֲדוֹנִים *adonim* pro אֲדוֹן *adon*.

9 Ad mysterium denique Trinitatis insinuandum, vt Genesis c. 1. v. 1. בָּרָא אֱלֹהִים *bara elohim*, creauit *Dy*, id est Deus in personis trinus creauit.

6 Est etiam animaduertendum, sæpe apud Hebræos desiderari verbū substantiuum, vt Psalm. 34. v. 8. רְאוּ כִי טוֹב יְהוָה *reu chi tov lehoua*, videte quia bonus (est) *Dominus*.

7 Item non ratò vsurpari tertiam personam verbi actiui in passiuua significatione, vt Genes. 16. עַל-בֶּן קָרָא לְכַאֵר בְּאֵר לְחַיֵּרָאִי *nghal chen kara liveer beer lachai roi*, propterea vocauit puteum, puteum, id est, vocatus est puteus, vel vocauit quispiam, hoc est cœptus est vocari iam tum puteus *viuentis*, & *videntis*.

2 Adiectiuum, & substantiuum, in genere, numero, & casu plerumque con-

con-

consentiunt, vt Cant. cap. 4, vers. 1.
 יָפֵה רַעִיָּהּ *japha ranghjati, pulchra amica
 mea.* Cant. 5. vers. 10. דּוֹדִי צָח *dodi tsach,
 dilectus meus candidus.* Interdum ta-
 men, sed raro, inuenitur adiectiuum
 generis masculini cum substantiuo
 generis fœminini, vt Exodi 11. vers. 6,
 צַעֲקָה כַּמּוֹהוּ *tsenghaka camohu, sicut ipse,
 hoc est, acclamatio sicut ipsa.*

9 Interdum etiam adiectiuum nu-
 meri singularis cum substantiuo nu-
 meri pluralis, vt Esa. cap. 19. vers. 4.
 אֲדוֹנִים קָשִׁים *adonim kascia, dominorum du-
 ri, id est, durorum.*

10 Quando autem adiectiuum cū
 substantiuo non concordat in casu,
 sed adiectiuum in nominatiuo, sub-
 stantiuum in genitiuo est, exponi de-
 bet adiectiuum per superlatiuum,
 vel comparatiuum, vt 1. Reg. cap. 21.
 vers. 7. אַבִּיר הַרְדּוּעִים *abbir haronghim, po-
 tens pastorum, id est præstantissimus,
 hoc est princeps, præfectus.* Isa. cap.

29. ver. 11. חכמי יועצי *chacme jonghatsé*,
sapientissimi consiliariorum, vel sapientio-
res consiliariorum.

11. Adiectiua quoque, quæ apud
 Latinos ablatiuum regunt, apud He-
 bræos regunt genitiuum, vt Ioel. 2.
 ver. 5. ערוך מלחמה *ngharoc milchama*, in-
 structus prælij, id est prælio, vel ad præ-
 lium. Psalm. 24, ver. 4. נקי כפיים ובר לבב
neki cappaim uwarleuav, mundus ma-
 nuum, & mundus cordis, id est, mundus
 manibus, & corde.

12 Substantiuum quando jungitur
 substantiuo, ferè vnum nominatiui,
 alterum genitiui casus est, vt Eccles.
 cap. 1. vers. 1. דברי קהלת בן דוד *diure*
kohemoth ben David. Verba Ecclesiastæ
 filij Dauidis.

13 Solet etiam substantiuum ha-
 bere formam regiminis genitiui, e-
 tiam non sequente genitiuo, sed li-
 teris seruilibus שבלם *sciuaalem*, vt Ec-
 clesiastæ cap. 11. vers. 4. מקום שיפול *me-*
komb

kom scieippol, locus quo cadet. 2. Regum
 cap. 1. ver. 2 וְהָרֵי בְּגִלְבּוֹעַ hare bag gilbo-
 angh, montes in Gelboe. Iob. cap. 18. vers.
 2. קִנְיֵי לְמִלִּין kinye lemillin, fines sermoni-
 bus. Ezechielis capite 13. vers. 2. נְבִיאִי
 מִלִּבִּי nevie millibbam, Propheta ex corde
 suo. Idem iudicium de particulis his
 literis significatione respondentibus,
 וְאֵשׁ אֶת אֶת ascier eth, & harum simili-
 bus. Porro frequentissimè apud He-
 bræos genitiuus nominis substanti-
 ui fœminini ponitur pro adiectiuo,
 vt Exodi cap. 3, vers. 5. אֶרֶץ קֹדֶשׁ ad-
 math kodesc, terra sanctitatis, id est terra
 sancta.

14 Verbalia actionem significan-
 tia nōnunquam casum suorum ver-
 borum admittunt, vt כִּמְהַפְּכַת אֱלֹהִים
 chemahapecatb elohim eth se-
 dom, secundum euerfionem Dei Sodomam,
 &c. id est, sicut euertit Deus Sodo-
 mam. Item כְּאֵהָבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
 caahanath lehova eth bene Israel, secun-
 dum

Q

dum

dum amorem Domini filios Israel, id est, sicut Dominus amat filios Israel.

15 Relatiuum, & antecedens apud Hebræos non possunt non conuenire, quum אשר *ascier*, quod est relatiuum, sit vtriusque generis, & numeri, nec per casus declinetur.

16 Est autem diligenter notandū, relatiuum interdum omitti, ac subintelligi: sicut etiam aliquādo omititur, ac subintelligitur antecedens: interdum autem subiungi relatiuo pronomen, quod apud Græcos, & Latinos, superuacaneum videretur. Exempla, Iob cap. 19. v. 19. וזה אהבתי וזה אהבתי *veze ahavti nephecu bi*, & hi (quos, subintellige) diligebam, versi sunt in me. Genesis cap. 44. vers. 1. ויצו ויצו *vaijetsau eth ascier nghal betho lemor*, & praecepit (ei, subintellige) (qui super domum suam praepositus erat, dicens. Genesis c. i. v. 11. אשר זרעו בו *ascier zarngho bo*, cuius semen
eius

ejus in ipso sit. Psalm. i. vers. 5. כְּמוֹץ אֵשׁ רֵיחַ
 תִּדְפְּנוּ רוּחַ cammots ascier tiddephennus
 ruach, sicut gluma, quam proycit eam
 ventus:

Appendix de Verbi con- structione.

1 Verbum præter normam interdum
 conuenit genere, & numero cum posteriore
 nomine, quod regitur, etiam si sensu cum
 priore cohæreat. Gen. 4. v. 9. קוֹל דְּמֵי אַחִיךָ
 צוֹעֲקִים kol deme achicha tsongha-
 kim, vox sanguinum fratris tui cla-
 mant, pro clamat. 1. Reg 2. vers. 4. קֶשֶׁת
 גִּבּוֹרִים חֲתוּם kescieth ghibborim chat-
 tim, arcus fortium fracti, pro חֲתוּם chat,
 fractus.

2 Significatio verbi Habeo, effertur per
 verbum substantiuum הָיָה haja, fuit, ut
 apud Latinos, est mihi liber, est mihi pa-
 ter, ut וַיְהִי לוֹ מִקְנֵה צֹאן vajehi lo mikne
 tson, & fuit illi possessio pecoris. Sæ-
 pe tamen hoc verbum omittitur, ut וְלִשָּׂרָה
 בֵּן vlesara ven, & Saræ filius, scilicet e-

Q 2 vit,

rit, לי ספרים רבים, li sepharim rabbim,
mibi multi libri, scilicet sunt.

3 Verbis quæ voluntatem, facultatē
ve significant, additur Infinitivus, vel potius
Gerundium cum ל, ut לקחתה lo-
chaphatsti lekachtaha, non volui
accipere eam: לא יכול יוסף להתאפק lo
iacol Ioseph lehitappek, non potuit
Ioseph continere se. Interdum tamen
ל omittitur.

4 Infinitivus, augendæ significationis
gratia, sui verbi præterito, aut futuro, sæpe
proponitur: Imperativo verò postponitur.

ut ראה ראיתי reo raithi, viden-

do vidi, בא יבוא bo ia-

vo, veniendo ve-

niet, שמעו

שמעו

sciamoangh scimnghu, audite
audiendo.